Sit omnibus notum quod Ego Garsendis filia Jacobi de Sancto Daniele parrochie de Saligia ffrancha et liberata a dominio cuius
cumque sponte convenio et facio me feminam propriam et solidam vestri domine Jasperte Aberie sacristane monasterii Sancti Da
nielis Gerunde licet absentis in posse notarii infrascripti tamquam publice persone nomine vestro et omnium quorum interest vel
interesse poterit legitime stipulantis et recipientis et successorum vestrorum in dicta sacristia cum omni prole ex me descendenti. Pro
mittens vobis licet absenti et successoribus vestris in posse notarii infrascripti nomine quo supra stipulantis quod ero vobis et successo
ribus vestris fidelis et legalis de corpore et avere tamquam domine mee naturali et non intrabo causa morandi aliquod castrum
villam vel civitatem nec aliquid aliud faciam propter quod vos vel dicta sacristia me amittere possitis et alio levari. Et hoc facio
pro eo quia intravi mansum de Podio de Vilalbino et ibi duxi in virum Bernardum de Podio proprietarium dicti
mansi de quo manso vos et dicta sacristia habetis et habere debetis homines et mulieres. Iurans sponte per deum
et eius sancta iiii.or evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia attendere et complere. Actum est hoc .xv.o kalendas Sep
tembris Anno Domini millesimo .ccc.o xxx.o quarto. Sig+num Garsendis predicte que hoc firmo et laudo.
Testes huius rei sunt: Petrus Buffart de Celrano et Castilio Mirmer eiusdem loci.

Ego Arnaldus de Manso notarius publicus substitutus auctoritate regia Bernardi de Toylano publico Gerunde notario hoc scribi feci et
clausi.

N.º 694

(Salitja)
Sacristia.
Vilobí.
Mas Puig.
30

[illegible] per
[illegible] de Salitja
[illegible] serenunada en lo mas Puig de vilobi
[illegible]

a 18 agost 1334.

N.º 4, del quint [illegible] dela sacristia de S.t [illegible]

T. 152 x 240

ROP. f. 118v

723